

apud Gentiles, hoc in umbra præcessit. *Dii Patrii indignis, & Romule, Vestaque Mater, hunc saltem everso juvenem succurrere sæclo ne prohibete.* Cultus ergo in genere, quo aliquis colitur: potest quadrupliciter considerari. 1. est cultus, qui dicitur *Latria*, id est, *servitus*, & hic *solum*, & *soli Deo præstatur*, ob ejus increatam, & infinitam excellentiam. Christus etiam simili cultu adoratur. 2. *Hy perdulia*, quæ specialiter, & solum Deiparæ tribuitur. 3. *Dulia*, qua reliqui Sancti coluntur ob excellentiam supernaturalem creatam. 4. Potest intelligi cultus merè politicus consistens in quadam exteriori reverentia, quo Principes, aliasque personas dignitate, vel aliqua excellentia naturali fulgentes honoramus. Sic in *Genes. 23. v. 7. Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. Et 3. Reg. cap. 1. v. 16. inclinavit se Bethsabee, & adoravit Regem.* Imagines etiam Sanctorum debent in Ecclesiis collocari, non tantum ad ornatum, sed etiam ad reverentiam, ad adorationem, & cultum, & ut Populus admoneatur beneficiorum, & munerum, quæ à Christo sibi collata sunt, & pro eis Deo gratias agat, & mores, & vitam ad imitationem Sanctorum componat: non tamen sunt ornandæ, nec pingendæ imagines proci venustate, imò ab Ecclesiis eliminandæ, ut omnino honestas servetur. Etiam sunt eliminandæ imagines ridiculæ, & deformes. Et sic intelligitur *Concilium Iliberit. Can. 36.* Quando Deus, vel Trinitas, vel Angeli pinguntur figura humana, non idè credendum est, talem figuram habere: hoc enim tantum fit, ut aliquomodo nobis proponi valeant, nosque percipere possimus talia mysteria, vel excellentias, vel perfectiones, quibus gaudent. Hinc *Alex. VIII.* damnavit has propositiones 25. *Dei Patris simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare. 26. Laus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ vana est. Lacr. lib. 3. p. 1. ex n. 15.* Ubi varia Decreta affert circa cultum imaginum, & reliquiarum. *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43.* Cum imaginibus cultum, & venerationem exhibemus, non est credendum, quod inest aliqua in eis *Divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam bonos, qui eis exhibentur, refertur ad prototypa, quæ ille representant; ita ut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illa similitudinem ge-*

runt veneremur: id quod Conciliorum præsertim verò secundæ Nicænæ Synodi Decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum. Trid. sess. 25. Decr. de Invo. & vener. Sanctor. De persecutoribus imaginum, qui Iconoclastæ, & Iconomachi dicebantur, late agitur in Supplem. Moreri. Sic D. Thom. Suar. & alii.

418 Reliquias equidem Sanctorum esse adorandas, est definitum in *Trid. sess. 25. in Decreto de Invo. venerat. & reliquiis Sanctor. & aliis Conciliis.* Et habetur in *L. 65. tit. 4. p. 1.* Sic Hemorroysa Christi fibrariam tetigit summa cum reverentia, & fuit sanata. *Matth. 9. ex v. 21.* Sic fideles venerabundè tangunt sudaria Pauli, & curantur. *Athor. 19. v. 12.* Et sic tenuit ab initio, & tenet Ecclesia. Et meritò, siquidem corpora Sanctorum fuerunt Tempa Spiritus Sancti, organa sanctorum animarum, & instrumenta virtutum. Ac proinde debent coli eodem cultu, ac imagines Sanctorum; ita ut earum adoratio terminetur ad utrumque simul: primario, & per se ad ipsos sanctos; Secundario ad ipsas reliquias. Nomine reliquiarum intelliguntur corpora Sanctorum, & quælibet ipsorum, aut ossium, vel carnum particula, ungues, dentes, capilli, pulveres, & cineres, in quos sunt conversa: vestes, panni, & alia, quæ ipsos tetigerunt, vel ad eos pertinent; non tamen adoramus vermes, in quo sunt corpora Sanctorum conversa: quia tunc adoratio indecens est: nec in illis decenter apprehenditur Sanctus. *Sanch. in Decal. lib. 2. c. 43. n. 2.* Ut reliquæ cultu privato venerentur, sufficit conjectura prudens: qua tales credantur. *Suar. in 3. p. q. 25. art. 6. D. 55. Sanch. in Dec. lib. 2. cap. 4. n. 13.* Reliquias de novo inventas nemo publicè potest venerari, nisi prius autoritate R. Pontificis fuerint approbatæ. *c. fin. h. t.* Quando tamen constat certò, reliquias de novo inventas esse alicujus Sancti jam canonizati, sufficit autoritas Episcopi, eas recognoscens, & approbantis juxta *Trid. sess. 25. in Decr. de Invo. & reliquiis Sanctor.* Ad eas tamen approbandas debet consulere Theologos, & alios viros probos, & doctos, non tamen debet necessario sequi illorum consilium; *arg. L. 77. §. 24. ff. de Leg. 2. & ibid. Gothofr.* Si dubium grave suboriat; in Concilio Provinciali juxta majorem suffragiorum partem decidetur. Reliquiæ semel approbatæ, si ad aliam Diocesim transferantur, solum ab Episcopo examinatur, an sint ipsæ reliquæ in testimonio contentæ: & sic concedit licentiam, ut publicè venerationi exponantur. *Sanch. in Decal.*

Decal. l. 2. c. 43. n. 18. & possunt absolutè, & sine conditione colli, etiam dicatur corpus alicujus Sancti esse in locis diversis: nam de diversis reliquiis ejusdem Sancti, vel de diversis Sanctis ejusdem nominis intelligendum est: nec in his rebus major certitudo requiritur. Et si fortè erretur, erit tantum materialis error, cum ratio formalis cultus sit sanctitas. Si dubium sit, quænam ex variis reliquiis veræ sint, vel falsæ, nullæ publicè adorantur, sed debent in loco decenti custodiri: nec quæ non sunt approbatæ possunt coli mixtæ cum approbatis, quia per talem mixtionem non fiunt alicujus Sancti. *Suar. in 3. p. D. 55. scilicet. 2. Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 12. & 19.* Non tamen est illicitum adorationi exponere Crucem variis reliquiis non approbatis ornatam: quippè tunc, non reliquæ, sed Crux adoranda proponitur: vel si quis eas adoret erit per accidens, & pertinebit ad cultum privatum, & sic habet usus, ut contra *Bona. tenet Dian. in Sum. V. Reliquiæ, & addit*, quod Princeps in bello non potest reliquias capere, & distrahere, sanè licet irreverentiam irroget reliquiis, si quis eas habens, fornicet, non tamen ex hoc sacrilegium committit, nec si amasie det reliquiam ex benevolentia: sacrilegium tamen esset si in solutionem peccati daret: nam res sacra fieret turpis lucri pretium. *Potestas tom. 1. p. 2. cap. 6.* circa recitationem de Reliquiis affert. *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 2055.* sequentia *Decr. S. Congreg. Rituum 185.* officium fit duplex minus de illo Sancto, cujus habetur reliquia insignis, scilicet, caput, brachium, crus, vel ea pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodò sit integra, & non parva, modo sit approbata, cujus ratione recitandum est symbolum in Missa 8. Aprilis 1628. — 186. Festum quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione corporis, vel insignis Reliquiæ, non habet Octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica 12. Aug. 1653. — 187. Qui recitat officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in alia Ecclesia debet omittere. *Credo. 2. Decemb. 1684. — 188.* De Sancto, cujus habetur corpus, vel insignis Reliquia, non potest fieri officium, nisi constet de identitate, & nisi reperiat in Martyrologio Romano. Reliquiæ verò à locorum Ordinariis approbatæ possunt exponi ad fidelium venerationem, 19. Octob. 1691. quod postè n. 2074. refert ad litteram, & est à Pontifice approbatum, ac proinde ubique observandum. Et eod. *lib. 6. p. 2. n. 379.* ait: non dicuntur insignes

Reliquiæ maxilla, auris, digitus, imò nec pes secundum aliquos. Non est obligatio legendi Missam, vel officium de Sancto, cujus habetur insignis Reliquia, cum non dicatur, *debere*, sed tantum *posse* legi: potest tamen celebrari Missa, & officium de insignibus Reliquiis, etiam sint ita mixtæ non approbati ut discerni nequeant. *Bona. Trull. apud Lacr. n. 384.*

419 Qui furatur reliquias, si non sunt in loco infidelium, committit sacrilegium: quia rem sacram furatur cum injuria Ecclesiæ, ubi sunt; sed quia ex imprudenti devotione, & sine malitiæ advertentia hoc solet fieri, excusatur regulariter à peccato, qui hoc facit. Ut ergo de una Ecclesia in aliam aliquæ adorationi reliquæ, est necessaria, & sufficit Episcopi licentia, & contra alios tenet *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 25. Fagn. in c. fin. h. t. n. 15. & alii.* ex juxta tamen causa, & cum consensu majoris partis Capituli. *c. 37. de Consec. D. 1. arg. c. Placuit, 51. 12. q. 2.* Si reliquæ sunt perpetuè traditæ sepulture, nequeunt transferri sine Pontificis, vel Episcopi licentia. *c. 37. de Cons. D. 1.* Nisi alia necessitas: v. g. incendium imminet; nam tunc sufficit autoritas Præsidis Provincie. *L. 1. c. de Religios. & Sump. Si verò nondum sint traditæ perpetuè sepulture nullius autoritas est necessaria, ut in alium locum Religiosum transferantur. L. 10. c. de Religios. & Sump. Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 25.* Reliquiæ Sanctorum dum Populo ostenduntur, non debent extrahi ex capsula, vel loculo, ubi includuntur, ne Populus ab adoratione retrahatur, videns ossa denudata carnibus, & pelle. Nec pro pretio sunt ostendendæ nisi detur tamquam elemosina, nec possunt pretio vendi, quia sunt rei spirituali, scilicet animæ Sancti, annexæ. *c. fi. h. t. Barbos. & Gonz. ibid. L. 65. tit. 4. p. 1.* Ratione tamen argenti, vel auri, quibus ornantur, aliquid potest accipi: possunt tamen pretio, & pecunia redimi reliquæ, quæ ab infidelibus possidentur, *arg. c. 28. de Simon.* Sic fideles tunicam Christi D. inconsutilem pecunia ab infidelibus redemerunt. Non solum Clericis, sed etiam Laicis permissum est reliquias Sanctorum tangere, & secum ferre. Et Acolytis jam usu concessum est sacra reliquiarum vasa portare, dum hoc debita fiat reverentia. *Agnos* tamen cereos solum Subdiaconi tangere licet: quippe qui non solum sunt sacri, & benedicti, oratione Pontificia, sed insuper consecrantur oleo sacro, & chrismate, sicut, & Calices, usus tamen obtinuit, ut à Laicis imò, & à foeminis reverenter tan-

gantur. *Sanch. in Decal. lib. 2. c. 43. n. 27.* Materia, & Virtutes Agnorum his versibus explicantur. *Balsamus, & munda cera cum chrismatis unda. Conficiunt Agnum, quod manus do tibi magnum. Fonte vel natum, per mystica sanctificationum. Fulgura desursum depellit, & omne malignum peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit prægnans servatur simul, & partus liberatur. Dona defert dignis, virtutem destruit ignis. Portatus mundè, de stuctibus eripit unda.* Circa agnos Greg. XIII. in *Const.* Omni. sub excommunicatione ipsos facto incurrenda, non tamen reservata prohibet: *Ne quisquam Agnos Dei per Romanum Pontificem benedictos depingere, minio notare, vel aurum, aut colorem super inclucere, neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, seu tenere audeat.* Agnos Dei potius quam reliqua est sacra Dei imago, quia Christum Dominum mysticè repræsentat. Sanè huiusmodi Agnus nil aliud est, quam cera alba à Pontifice benedicta, & à figura agni, quæ super ea imprimitur, Agnus nuncupatur, & singulis septenniis prædicti Agni benedicuntur. Et licet simonia sit eos carius vendere, quia benedicti sunt, tamen possunt vendi secundum materiam suam, & habita ratione pretii pro deportatione Roma huc. Non licet Agni ceræ benedictæ liquefactæ aliam non benedictam affundere, si tamen fiat, & quantitas ceræ benedictæ sit major, utraque erit benedicta. *Lac. lib. 6. p. 1. ex num. 222. Potestas, tom. 1. p. 2. cap. 6. Dian. & alii.*

420 Sanctorum beatificatio, & canonizatio privativè ad Pontificem spectat. *c. 1. h. t. ibid. Barbos. & Gonz. L. 65. tit. 4. p. 1. ibi: Santos canonizados, que quiere tanto decir, como otorgados por Santos, è esto no puede otro hacer, sino la Santa Iglesia de Roma.* Quia est una ex majoribus Ecclesiæ causis, ac proindè Pontificis debet reservari iudicio. *c. 3. de Baptism.* Minimè verò possunt Episcopi, nec pro suis Diocæsis: nec Legati à latere, nec alii, etiam ex commissione Papæ canonizare, nec Concilium Generale, sine Pontifice. *Barbos. in c. 1. h. t. n. 7. & 8. cum aliis.* Sed semper, etiam antiquitus, fuit necessaria autoritas Pontificis, saltem tacitè canonizantis eum, quem vox Populi Sanctum clamabat. Hinc *Alex. III. in c. 1. h. t.* reprehendit quosdam, qui diabolica fraude decepti, hominem quemdam in potatione, & ebrietate occisum, quasi Sanctum more infidelium, venerabantur; & addit, *cum etiamsi per eum miracula plurima fierent, non liceret vobis*

pro Sancto absque autoritate Romanæ Ecclesiæ, eum publicè venerari. Beatificatio tamen in primis Ecclesiæ sæculis, ubi Episcopis fiebat, sed postea eam sibi Pontifex reservavit. *Gonz. in c. 1. h. t. n. 7. & 8.* Et quidem olim canonizatio consistebat in eo, quod nomen canonizandi in Sacris Diptychis, seu Canone, vel Catalogo Sanctorum poneretur, ejus corpus à primo sepulchro educebatur, & Ecclesiæ suo nomini dedicabantur. Prima canonizatio facta à Pontifice solemniter fuit S. Ulderici Episcopi Augustæ facta à *Joan. XV. die 11. Jun. An. 983.* Etiam apud Gentiles Apotheosis fuit harum canonizationum umbra, siquidem erat consecratio, seu relatio alicuius in Deum. Et sic quidam Augustum alloquens, ait: *Tarda sit illa dies, & nostro serior ævo, qua caput Augustum, quem temperat orbe relicto: accedat celo, faveatque precantibus absens.* Ut enim aliquis sit Sanctus apud Deum sufficit sola vitæ sanctitas, juxta illud *Apoc. 2. v. 10. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. L. 66. tit. 4. p. 1. Santo, tanto quiere decir, como cosa firmada en bien, è esta afirmanza se entiendo señaladamente por la fe que ovieren; è por las buenas obras que ficieren en ella, por que se allegaron à firme estado de gloria, que non se puede mudar.* Ut tamen solemniter in Ecclesia aliquis pro Sancto habeatur, ultra sanctitatem vitæ, miracula requiruntur, quatenus signa, & testimonium sunt sanctitatis, & quod Deus vult, illum ut Sanctum venerari. *c. 52. de Testib. L. 66. tit. 4. p. 1. E aun debe saber si fizo milagros en su vida, è desde su muerte.* Miracula enim sola, non sufficiunt; nam in miraculis præcipuè operatur fides, quæ absdubio stare sine charitate potest. *1. Cor. 13. v. 2. ibi: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Cum quandoque, etiam per malos, & peccatores miracula, saltem apparentia fiant; & prophetiæ dicantur. *c. 56. c. 79. 1. q. 1. Matth. 7. v. 22.* Incurruptio, seu integritas corporis potest naturaliter contingere, ac proindè, ut sanctitatis indicium præbeat, debet probari excellentia vitæ, & quod talis incorruptio non sit naturalis: v. g. quia corpus sit molle, & flexibile, & incorruptum in partibus corruptioni obnoxioribus: idem dicendum est de suaveolentia, si percipiatur odor, quemcumque naturale odorem excedens, & nulli similis, & sic de aliis.

421 Martyrium canonizatio nihil aliud est, quam martyrii declaratio: ad quod duo requiruntur. 1. Quod constet conclu-

dentè, & plenè per duos testes etiam infideles, quando alii non sunt, de martyrio materiali, hoc est, de ipsa passione, seu concisione. 2. Debet constare de martyrio formali: quod scilicet mortem passus sit fidelis, & sit in charitate, quatenus sit saltem attritus; nec est necesse alias virtutes probare, cum majorem dilectionem, seu charitatem, quæ est virtutum perfectio, nemo habeat ex testimonio Christi Domini, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *Joan. 15. v. 13.* Et præsertim requiritur, quod quis velit pati, pro fide, vel pro actu virtutis, in quo fides elucet. In infantibus defectum voluntatis supplet Ecclesia, ut in martyrio SS. Innocentium. In adultis requiritur voluntas spontanea recipiendi mortem pro Christo: idè, qui nulla præcedente voluntate, amens, vel in somnis est occisus non potest Martyr appellari. Ex parte Tyranni requiritur, quod mortem inferat, non ex fine politico, sed in odium fidei, vel virtutis supernaturalis. In declaratione Martyrum requiruntur etiam miracula, vel saltem aliqua prodigia, & signa, licet minora miraculis aliorum Sanctorum, ut declaratum fuit à *S. Congreg. Rit. 13. Sept. 1642. Pignat. 14. cons. 73. n. 9. contra Lozan. cons. 16. n. 13. & alios.*

422 Ad Beatificationem, & Canonizationem sic proceditur regularitè, nisi aliud in casu particulari, Pontifex disponat. Aliquo enim decedente cum magna sanctitatis fama, processus fit tam autoritate Ordinarii, quam *S. Congreg.* super fama, virtutibus, & miraculis servi Dei: si sit martyr discutitur de martyrio, & ejus causa: si aliquid scripsit illud prius debet examinari diligenter in *S. Congreg.* an aliquem errorem formalem habeat contra fidem, vel contra bonos mores, ut sic constet de integritate fidei. Similiter constare debet de aliis virtutibus, tam Theologicis, quam Moralibus, quæ esse debent charitate formata, in gradu excellenti, & heroico, hoc est, quatenus beatificandus non consensit deliberatè alicui imperfectioni morali, quæ sit peccatum, etiam levissimum. Præterea duo saltem miracula sunt probanda ad beatificationem, per duos saltem testes juratos, non singulares, neque de auditu alieno, sed de visu, vel auditu proprio deponentes: & debet plenitè constare, miracula esse supra naturæ vires, saltem quomodocumque. *Miraculum* dicitur, quasi *admiratione plenum*, quod scilicet, habet causam simpliciter & omnibus occultam:

hæc autem est Deus. Verè illa, quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicuntur. Ut aliquid credatur miraculum tria requiruntur, scilicet, illud opus esse arduum, id est, supra virtutem totius naturæ creatæ agentis, quod sit præter spem naturæ, id est, quod non habeat ad illud naturalem ordinem, sed ordinem obediendum, & quod sit insolitum, id est, præter modum ejus consuetum. Potest autem causa effectus alicujus apparentis alicui esse nota, quæ tamen aliis est incognita. Undè aliquid est mirum, uni, quod non est mirum aliis, sicut eclipsum solis miratur rusticus, non autem Astrologus. Triplex est gradus miraculorum. 1. Qui est *maximus*, quantum ad substantiam facti respicit; sicut quod duo corpora sint simul, vel quod Sol retrocedat, aut quod corpus humanum glorificetur. 2. est *medius*, quando scilicet, illud excedit facultatem naturæ, non quantum ad id, quod fit, sed quantum ad id, in quo fit, sicut resuscitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum, & similia. Nam natura potest causare vitam; sed non in mortuo: & potest præstare visum, sed non cæco. 3. *Minimus* est, quando aliquid excedit facultatem naturæ quantum ad ordinem, & modum faciendi: sicut cum aliquis subito pro virtute Divinam ex febre curatur, absque curatione, & consueto naturæ processu in talibus: & cum statim aer Divina virtute in pluvias densatur absque naturalibus causis, sicut factum est ad preces Samuelis, Eliæ, & aliorum. *D. Thom. in 1. p. q. 105. art. 7. & 8.* Processus factus ab Episcopo manet sub diversis clavibus in Archiepo Episcopali, & copia authentica, & sigillata remittitur ad Pontificem, & simul Principes litteras, beatificationem petentes, mittunt ad Pontificem, quibus presentatis sequitur commissio super introductione causæ, quæ non est signanda nisi post decem annos à die presentationis processus: qua commissione facta *S. Congreg. Rituum* aperit processum, citato Promotore fidei, coram Cardinale ponente; & in ejus absentia, coram Cardinali Præfecto: & coram Notario consignandorum à Secretario, & Notario illud exhibet Protonotario deputato, per quem aperitur: & discutitur de validitate processus: qua comperta saltem quoad substantiam, clauditur processus, & obsignatur sigillo *S. Congregationis*, nec aperitur, nisi post lapsum 50. annorum ab obitu beatificandi, quibus elapsis discutitur, an constet de virtutibus Theologicis,

cis, & Moralibus in gradu heroico. Postea discutitur de miraculis: quibus probatis Papa permittit illum, ut Beatum venerari, & ex ambone legitur Breve, imago ejus exponitur, & canitur hymnus: *Te Deum* cum Missa de eodem Beato. Crescente fama sanctitatis, & duobus saltem miraculis accedentibus, cum precibus Principum, & auditibus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus mitratis, qui sunt Romæ, ipso die Canonizationis Pontifex in Ecclesia destinata orat aliquantulum, thronum ascendit acta Canonizandi recitat, & cantato hymno: *Veni Creator Spiritus*, Sanctum declarat, cantatur: *Te Deum*, Cardinalis Diaconus intonat versiculum: *Ora pro nobis Sancte N.* cui respondetur, *ut digni, &c.* & Pontifex adjungit orationem propriam, Diaconus dicit: *Confiteor*, & addit atque *B. N. & omnibus Sanctis*. Postea Pontifex intonat *Tertiam*, quam chorus decantat, & Papa celebrat Missam propriam Sancti, ad Offertorium Cardinalis Promotor, & Legati Principis, qui Canonizationem petiit, magnas oblationes præsentant, Finita Missa concedit Papa Indulgentiam plenariam, & præcedente Senatu Cardinalitio in Palatium deferitur. Vid. *Gonz. in c. i. h. t. Pignat. tom. 10. consult. 196. Diction. de Trev. V. Canoniz. & alii.*

☞ Latissimè æquè ac accuratissimè *Benedictus XIV. in suo percelebri opere de Canonizatione Sanctorum*, ibi enim agit de modo procedendi in causis Confessorum, & Martyrum, ante, & post Urbanum VIII. per viam non cultus, vel casus excepti de caremoniis, & solemnitatibus, de Congregationibus, & Consistoriis, aliisque occurrentibus in Canonizatione, & beatificatione: demumque statuit, quatuor miracula requiri, si virtutes probate fuerint per testes de auditu, aliisque probationibus subsidiariis.*

TIT. XLVI.

De Observatione jejuniorum.

423 **N**ON loquimur in præsentibus de jejuniis, seu abstinencia ab iniquitatibus, ut in *c. 25. de Consecr. D. 5. L. 4. tit. 23. p. 1.* Nec de jejuniis naturalibus, quod ad Eucharistiæ sumptionem requiritur; sed de jejuniis Ecclesiastico, quod sic potest definiti: *Est abstinencia à certo genere ciborum sub una refectioe ad meridiem, vel prope sumenda.*

L. 4. tit. 23. p. 1. ibi: La tercera manera es comer una vegada en el dia, è non mas; è non comer carne, nin otras cosas, que nascen de ella, assi como huevos, leche, ó queso, è manteca. Tria ergo ad jejunium requiruntur. 1. delectus ciborum. 2. unica refectio. 3. tempus refectiois. Abstinencia à carnibus est de essentia jejunii: quarum nomine veniunt animalia, quæ non sunt pisces, & multum nutriunt, in quo attendenda est communis hominum existimatio, & locorum consuetudo, quæ limacum, & testudinum esum, quamvis extra aquam vivant, permittit: esum tamen fulicarum quæ extra aquam diu non vivunt prohibet. Ea tamen alimenta, quæ à carne originem trahunt, ut lac, butyrum, ova, & caseus prohibentur tantum in Quadragesima. *c. fin. D. 4.* non tamen extra eam, & quidem in Quadragesima eorum usus permittitur habentibus Bullam Cruciatæ, quinimò in Indiis ex generali consuetudine ob penuriam piscium, & olei; ova, butyrum, & cætera lacticinia in Quadragesima permittuntur etiam sine Bulla. *Alloz. Suar. V. Jejunium, sect. 1. n. 11.* Non tamen ex eo permittitur esus sanguinis, adipis, sagiminis, pinguedinis, vellardi, ut contra *Fagund. de 4. Ecol. præcept. cap. 2. num. 20. Hostiens. Abbat. & Dian. tenent Laym. L. 4. tr. 8. cap. 1. n. 5. & alii.* Et praxis Indiarum, quæ ad hoc non extenditur. Et in concessionibus Cruciatæ, quibus permittitur uti ovis, & lacticiniis in diebus prohibitis, & tamen non utuntur sanguine. Dispensatio enim, ut odiosa strictè interpretatur. *c. 1. §. 1. de Filiis Presbyter, in 6. & notat Greg. Lop. in L. 4. tit. 23. p. 1.* Rationem prohibendi comestionem carniū assignat *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. in corp.* Nam jejunium est ab Ecclesia institutum ad reprimendas concupiscentias carnis, quæ quidem sunt delectabilem, secundum tactum, quæ consistunt in cibis, & venereis. Et ideo illos cibos Ecclesia jejunantibus interdixit, qui & in comedendo maximè habent delatationem, & iterum maximè hominem ad venerea provocant. Hujusmodi autem sunt carnes animalium in terra quiescentium, & respirantium, & quæ eis procedunt, sunt lacticinia ex gressibilibus, & ova ex avibus: quia enim hujusmodi magis confirmantur humano corpori plus delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum, & sic ex eorum comestione plus superfluit, ut vertatur in materiam seminis, cujus multiplicatio est maximum incitamentum luxuria. Et ideo ab his cibis præcipuè jejunantibus

Eccle-

Ecclesia statuit esse abstinendum. ☞ Circa illos qui ex aliqua necessitate carnes edunt, statuit *Benedict. XIV. in Const. In Suprema 22. Aug. 1741.* Sublata diversitate opinionum, ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam comestionem servandam, & licita, atque interdictas epulas, minimè esse apponendas. * Nec ille cui permittitur secunda refectio: v. g. ob infirmitatem permittitur esus carnis, cum major causa sit ad hoc, quam ad secundam refectionem necessaria: ac proinde jejunium censetur commutatum in abstinenciam à carne. Qui semel fregit jejunium secunda refectioe, non peccat, saltem graviter, postea comedendo, cum amplius non possit jejunium servare, de cujus essentia est negatio secunda refectiois. *Dian. p. 1. tr. 9. res. 44. Fagund. de Præcept. Eccles. pr. 4. lib. 1. cap. 4. n. 8. Laym. Busemb. & alii* contra alios, qui dicunt, grave peccatum esse, non abstinere ab ulterioribus refectioibus. *Lacr. l. 3. p. 2. num. 1265.* Ubi alios refert, qui etiam à veniali hoc excusant. Si verò quis jejunium esu carniū fregit, toties peccat, quoties iterum comedit carnes, quia præceptum, quoad hanc partem, est negativum prohibens pro toto die. *Lacr. lib. 3. p. 2. n. 1264.*

424 Præceptum unicæ refectiois à consuetudine generali, tempore Apostolorum stabilita, provenit. *c. 11. de Cons. D. 3. c. 20. de Consecr. D. 5. ibi: Sint tibi jejunia pura, & continua, id est, quotidie esurire, & quotidie prandere.* Ut sic caro dometur, & non destruatur sine aliqua refectioe. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. Less. de Just. lib. 4. cap. 2. n. 9.* Et hoc modo sine destructione subjecti satis benè obtinentur fines, & effectus jejunii, prout eos ex *D. Aug. assert. D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 1. in corp. ibi: Jejunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritui subjicit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit* Et quidem sat est, quod comestio sit unica moralitè, licet physicè, ex aliqua causa, vel negotio occurrente interrumpatur. *Less. de Just. & jur. lib. 4. cap. 2. n. 11.* Si quis finito prandio plicarit mappulam cum proposito nihil amplius comedendi, quin etiam si à mensa surrexisset: actis gratis, potest intra quadrante, aut intra quadrantem, & dimidium, mutata voluntate, iterum assidere, & comedere, quia moralitè censetur una comestio. *Filiuc. Tamb. Sanch. Cons. lib. 5. cap. 1. duab. 24. & alii apud Lacr. l. 3. p. 2. n. 1281.* Nec jejuniis obest, *Tom. I.*

si extra tempus refectiois manè, & vespere ad bibendum, ne potus noccat, vel causa medicinæ, aliquid sacchari, vel panis in modica quantitate addatur. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 3.* qui manè jentaculum, non æquivalens collationi vespertinæ, sumpsit, nec prandium, nec vespertinam collationem tenetur relinquere. Si verò per inadvertentiam sumpsit jentaculum sufficiens ad prandium, non potest prandere, & tantum poterit vespere collationem sumere, quia æquè nutritus est, ac si sciens fecerit. *Lacr. lib. 3. p. 2. n. 128.* quamvis *Fagund. & alii* dicant, adhuc prandere posse. Quoad puritatem materiæ varii varie. Ducas uncias cibi esse materiam parvam, quæ jejunium non frangit, dicit *Alloz. in Sum. V. Jejunium, sect. 4. n. 16.* dummodò non sint carnes. Nam in his parvitas materiæ, est solum gustare, ut licet coquis, vel si adeo parvum sumatur, ut non excedat octavam partem uncie. Alii ad unciam extendunt. Alii adhuc latius sentiunt apud *Lacr. lib. 3. p. 2. n. 13. q. 4. & seq.* Potus, propriè talis, non frangit jejunium. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. ibi: Duplex est jejunium, unum quidem naturæ, quod requiritur ad Eucharistiæ sumptionem, & hoc solvitur, per quemlibet potum, etiam aquæ, post quem non licet Eucharistiæ sumere. Est autem aliud jejunium Ecclesiæ, quod dicitur jejunium jejunantis, & istud non solvitur nisi per ea, quæ Ecclesia interdiceret intendit institutum jejunium; non autem intendit Ecclesia interdiceret abstinenciam potus, qui magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quam ad nutritionem, licet aliquomodo nutriat: ideo licet pluries jejunantibus bibere. Olim fideles de jejuniis præcipuè Quadragesimalis abstinebant vino, & in hebdomada Sancta pane tantum, sale, oleribus, & aqua utebantur, ut ex SS. Patribus refert *Gonz. in c. 1. h. t. n. 6.* Potio, quam Hispanè *Chocolate* dicimus, non frangit jejunium, juxta *Thom. Hurt. Gonz. in c. 1. h. t. n. 6.* Idem dicendum est de *Faba Kaffe*, & herba *The*, de *Lymonia*, de *Hypocras*, & de *Tabaco*, cum hæc omnia, non ad nutriendum, sed tantum ad reficiendos spiritus deserviant. *Lacr. lib. 3. p. 2. ex n. 1291.* ubi alios citat.*

425 Olim refectio extra Quadragesimam sumebatur hora nona, quæ respondet nostræ tertiæ pomeridianæ; quia tunc fuit completa passio Christi, cui conformantur jejunantes. In Quadragesima verò hora Vespertina, sive in occasu Solis. *c. 50. de Consecr. D. 1. ibi: Nullatenus jejunare in*

Xxxx

Qua-

Quadragesima credendi sunt, qui ante manducaverint, quam vespertinum celebretur officium. Postea viribus decrescentibus, sub meridie, vel paulo ante, scilicet, hora undecima, sumitur refectio, nomine cœnæ retento, ut apud Romanos, talis horæ refectio dicebatur. Et hinc in Quadragesima anticipantur Vesperæ, & ante meridiem dicuntur. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. Less. de Just. & jure. l. 4. cap. 2. n. 12. Gonz. in c. 1. h. t. num. 8.* Ex quacumque causa honesta, v. g. itineris faciendi potest, etiam notabiliter, anticipari cœna. Si nulla causa detur, & notabilis sit anticipatio. V. g. duarum horarum, solum veniale committi, cum hæc circumstantia temporis sic accidentalit, tenent *Tol. l. 6. cap. 2. num. 9. Less. lib. 4. cap. 2. n. 13. & alii.* Quibus favet *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. contra Navar. Covar. Sylv. Cajet. Azor, Fagund. & alios.* Consuetudo introduxit etiam *colariunculam* nocturnam, ut sic facilius somnum concilietur, & potus ad sitim levandam necessarius, non coeret. Aliqui cum *Lezan. Regul. qq. t. 3. v. Jejunium*, tres tantum uncias permittunt. *Fagund. p. 4. l. 1. cap. 4. n. 13. & 19. Mend. dissert. 8. q. 1. n. 1. & alii ad 8.* uncias eam extendunt. *Regin. t. 2. l. 14. n. 185. Filiuc. t. 2. tr. 26. p. 2. c. 3. q. 7. n. 33.* assignant quartam, vel quintam partem comestionis ordinariæ. Sed melior regula est sequi consuetudinem, quæ apud homines timoratos viget. *Azor, p. 1. l. 7. c. 8. q. 8. Less. Tolet. Bonac. & alii,* tàm quoad quantitatem, quàm quoad qualitatem ciborum, & regulariter solum permittuntur panis, herbæ, fructus arborum, & alia hujusmodi. *Vid. Tamb. de Præcept. Eccles. tr. 4. cap. 6. n. 21. Azor p. 1. l. 7. c. 8. q. 8. Fagund. l. 1. in 4. Eccles. præc. cap. 4. n. 18.* Non tamen potest fieri collatio cum piscibus, ostreis, conchiliis, & similibus, neque cum caseo, lacte, cremore amagdalino, vel triticeo. Si autem parum sumatur, excusabitur à peccato ob materiam parvitatem. *Alloz. V. Jejunium, sect. 4. n. 11.* In Vigilia Nativitatis Domini ob diei lætitiã consuetudo majorem refectiunculam permittit, etiam quando Vigilia incidit in Sabbatum quatuor Temporum: hæc potest esse duplo major consueta, imò *Sanch. dicit*, ex fructibus, & conservis posse accipi ad satietatem. *Lacr. lib. 3. p. 2. n. 1301.* Ego tamen tantam latitudinem non admitterem, cum valde contrarietur praxi timoratorum: Alii ad Vigiliam Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes hoc extendunt; sed in hoc est jusque loci consueto attendenda. *Lacr. l. 3. p. 1. n. 1301.*

426 Omnibus Feriis sextis totius anni debent fideles, etiam Indi, sub gravi culpa à carne abstinere ob Domini passionis memoriam. *c. 11. de Consec. D. 3. c. fin. h. t.* Et Sabbatis in honorem sepulture Christi, & B. Virginis. *c. 31. de Consec. D. 5. L. 6. l. 23. p. 1.* Si Nativitatis Domini festum in feriam 6. vel Sabbatum incidat, ob diei lætitiã, possunt fideles carnem edere, nisi quis ex voto, vel regulari observantia à carnibus, vel etiam ex devotione, voluerit abstinere. *c. fin. h. t.* Et quidem votum obligat, si ad hoc expresse se extendat vovens intentio: si dubium sit, an hunc diem, quis voto voluit comprehendere, vel non, cum votum debeat interpretari ad usum, & moribus Ecclesiæ, & quod speciale est, non censetur in dubio in generali promissione inclusum. *c. 81. de Reg. jur. in 6. Probabilitè non tenetur jejunare, sed potest carnem edere, juxta Molin. de Just. & jure. tr. 2. D. 277. Azor, Gonz. in c. fin. h. t. sed cum textus in c. fin. h. t. Indistinctè loquatur de adstrictis voto, & materia sit dubia, & votum certum; dicendum est, quod si hunc diem non exceptit vovens, tenetur jejunare. Sic *Sanch. in Decal. l. 4. cap. 11. n. 61. Suar. de Vol. l. 4. cap. 20. n. 7. Vazq. & alii.* In Hispania Sabbatum verè erit dies medius inter diem Veneris, & Dominicam, si quidem in aliquibus Regnis ex generali consuetudine, nec piscibus, nec omnibus animalium partibus, sed tantum intestinis visceribus, pedibus, &c. solebant vesci. Sed hodie ad Regis Catholicæ instantiam indulsit Benedictus XIV. in Constit. *Jam pridem. An. 1745.* quod possent Hispani carnes indistinctè edere in Regnis Castellæ Legionis, & Indiarum, secus est in Aragonia, Valentia, & aliis partibus, in quibus non rigeat illa consuetudo. * Præterea Ecclesia præcipit, non solum à carne abstinere, ut in feriis 6. & Sabbatis totius anni, sed etiam insuper præcipit jejunare, tempore Quadragesimali, quod jejunium ad exemplum Christi Domini, qui quadragesima diebus jejunavit in deserto, ab Apostolis est institutum *c. 16. de Cons. D. 5. L. 5. tit. 23. p. 1.* Olim jejunium à prima Dominica Quadragesimæ incipiebat, & hodie Mediolanenses hoc servant, permittente R. Pontifice. Sed ut Sacer numerus 40. dierum impleteret, in universali Ecclesia incipit jejunium à feria 4. Cinerum: nam dies Domini à jejunio subtrahuntur. Sed quavis in eis non jejunetur, à carne est abstinendum *c. 16. de Consec. D. 5.* ubi additur causa jejunandi in Quadragesima; quia illi dies decimæ sunt anni *D. Thom. 2. 2. q. 147. art.**

art. 5. Deinde feriis 4. & 6. & Sabbatis quatuor Temporum jejunare præcipit Ecclesia. *c. 2. D. 76. ibi: Constitutum, ut quatuor Tempora anni ab omnibus communi jejunio observentur. Id est in mense Martio hebdomada 1. in Junio secunda, in Septembri tertia, in Decembri quarta. L. 5. tit. 23. p. 1.* Quod fuit statutum, vel ad similitudinem Hæbreorum. *c. 7. D. 76. vel ut Deus majorem conferat gratiam Clericis, qui tunc ordinandi sunt. Act. Apost. 13. v. 2. & 3. D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. ibi: Similiter etiam consuetudo Ecclesiastica habet, ut in singulis quartis anni Sacri Ordines conferantur, ad quorum susceptionem oportet, per jejunium preparari, & eos qui ordinant, & illos, qui ordinandi sunt, & etiam totum Populum pro cujus utilitate ordinantur. Vel etiam in his diebus jejunatur, ut Deo solvamus primicias dierum, quibus vivimus. L. 2. tit. 19. p. 1.* Olim enim Christiani tàm Clerici, quàm Laici, in vespere festivitatis aliquorum Sanctorum, ad promerendam gratiam aliquibus piis actionibus exercebantur: jejunabant enim, & in Ecclesiis, seu Cæmeteriis Martyrum continua in oratione pernoctabant, ut ex *D. Basil. in Psal. 114. affert Gonz. in c. 1. b. t. n. 5.* Etiam in Vigiliis aliquorum Sanctorum jejunandum est, ita tamen ut si aliqua ex his Vigiliis in diem Dominicam incidat, jejunium, & officium Vigiliæ anticipetur die Sabbati. *c. 1. b. t. l. 6. tit. 23. p. 1.* Etiam quando Vigilia S. Joannis Baptistæ in festum Corporis Christi incidit, anticipatur jejunium feria 4. ex *Declat. Urban. VIII. die 13. Octobris 1638.* Insuper omnium Apostolorum Vigiliæ sunt in observatione jejunii celebranda, præter Vigilias Apostolorum Philippi, & Jacobi, & B. Joannis Evangelistæ, quoniam illorum solemnitas intra solemnitatem Paschalem, istius autem intra Natalem Domini celebratur. *c. 2. b. t. l. 5. tit. 23. p. 1.* Vigiliæ Sancti Joannis Baptistæ, S. Laurentii, & Omnium Sanctorum, licet non sint à Jure præceptæ, obligant ex consuetudine ad jejunium. In Vigilia Epiphaniæ non jejunatur, nec fit abstinencia à carnibus: & idem est in Vigilia Ascensionis in his Indiæ Regnis, quavis alibi à carnibus abstineant. *Alloz. V. Jejunium, sect. 1. ex n. 7.* Olim in Adventu jejunabatur. *c. 2. b. t.* In quo, & in feriis Rogationum debet locorum consuetudo attendi. *Greg. Lop. in l. 5. tit. 23. p. 1. V. Assi como.* Etiam olim jejunabatur feria 4. & 6. & Sabbato omnium hebdomadarum. *c. 13. c. 16. de Cons. D. 3. l. 6. tit. 23. p. 1. Et ibid. Greg. Lop. V. Ayunar.* quod jam cessavit.

427 Tempore Paschali usque ad Vigiliam Pentecostes exclusivè non jejunatur. *c. 2. b. t.* Nec diebus Dominicis, quia celebratur memoria Resurrectionis Christi. Et quia poenitentia, & moeror jejunii non bene cohæret cum tanta lætitiã, non est publicè jejunandum. *c. 10. D. 76. c. 9. c. 14. c. 15. de Consec. D. 3. l. 6. tit. 23. p. 1.* Porque es día, en que non deben los omes ayunar por honra de la Resurrección de N. S. J. Christo. *Gonz. in c. 1. b. t. n. 10.* Et *c. 2. n. 2.* Imò olim nec privatim in Dominicis licebat jejunare, ne fideles idem sentire censerentur cum Paulianistis, & Montanistis ex superstitione, & cum Manichæis ex errore, & Eustochianis ex contemptu, eo die jejunantibus. *c. 7. c. fin. D. 30.* Hodie ex devotione privata hoc licet, cum jam prohibitio Ecclesiæ, cessante scandalo, cessarit; *arg. c. fin. b. t. D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. Sanch. in Dec. lib. 2. cap. 37. n. 12. Gonz. in c. 1. b. t. n. 11.* Indi solum jejunare tenentur omnibus feriis 6. Quadragesimæ, Sabbato Sancto, & Vigilia Nativitatis Christi: in reliquis diebus Quadragesimæ, Vigiliis, & feriis Temporum non tenentur jejunare, sed tantum à carnibus abstinere ex *Conces. Paul. III. in Sabbatis per annum carnem edere possunt. Alloz. V. Indi sect. 1.* In Indiis, & præcipuè in his Insulis, facilius indulgendum est, & ex levioribus causis dispensandum cum non jejunantibus; tum ob alimentorum debilitatem; tum ob corporum languorum. Hoc Ecclesiasticum præceptum sub gravi obligat. *Can. 68. Apostolorum,* sed quidem tantum post annum 21. completum, usque ad 60. vel 70. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 2. ibi: Dicendum, quod in pæris maxime est evidens causa non jejunandi, tum propter debilitatem naturæ, ex quo provenit, quod indigent frequenti cibo, & non multo simul assumpto; tum etiam, quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti; & ideo, quamdiu sunt in statu augmenti, quod est, ut in pluribus, usque ad finem tertii septemarii, non tenentur ad Ecclesiasticam jejunia observanda, convenienter tamen est, ut etiam in hoc tempore se ad jejunandum exerceant plus, vel minus, secundum modum suæ ætatis. Lacr. l. 3. p. 2. ex n. 1314.*

428 Jejunium igitur fuit in Ecclesia institutum, ut hac carnis castigatione satis fiat pro peccatis, & caro Spiritui subsit, & mens magis apta sit ad orandum: quod latius prosecquitur *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 1.* Ubi concludit, quod jejunium est

actus virtutis. Lege jejunii, vel abstinentiæ à carnibus, cum tantum Ecclesiastica sit, non comprehenduntur infideles, qui Ecclesiæ non sunt subiecti. *c. 8. de Divort.* Et licet minores 21. annis non tenentur jejunare, etsi robusti sint, tenentur tamen regulariter, post septennium, à carnibus abstinere, licet tamen dantur carnes pueris, ante septennium, aut etiam post septennium, si careant usu rationis, uti habet communis cum *Diana, Delbene, Tambur. & aliis*, contra aliquos, idem de perpetuo amentibus docent *Sanch. Fagund. & Dian.* Siquidem pueri, & amentes non sunt capaces præcepti Ecclesiastici, cum nullam actionem humanam possint exercere. Ebrui tamen, & amentibus in aliqua materia, non debent dari carnes; quia Lege comprehenduntur, cum simpliciter usum rationis habeant. *Laer. lib. 3. p. 2. n. 1267.* Si pro Jubilæo consequendo indicatur jejunium, etiam minores 21. annis si Jubilæum lucrari volunt, jejunare debent, ponereque conditionem ad ipsum requisitam. Si aliquid in parva quantitate in die jejunii comeditur, non est peccatum mortale, nisi sæpius in eodem die parva quantitas sumatur, quia moraliter conjungantur, ac proinde erit peccatum mortale. Si verò in diversis diebus parva quantitas singulis sumatur, non frangitur jejunium, quia illa quantitates non conjunguntur moraliter.

429 A jejunio tamen excusatur. 1. Pontificis dispensatio, etiam sine causa, saltem, quoad validitatem. Sic Indi solum jejunare tenentur omnibus feriis 6. Quadragesimæ, Sabbato Sancto, & Vigilia Nativitatis Christi. Milites nostri Regis in Exercitu possunt, etiam tempore Quadragesimæ carnes comedere ex privilegio Pontificio. Episcopus, Capitulum Sedevacante, & ex commissione, utriusque Vicarius, & ipso longè distante, Parochus possunt dispensare, vel potius in dubio declarare; an aliquis jejunio, & ab abstinentia à carne sit excusatus. Vel Episcopo, & Parocho deficientibus vir doctus potest consuli. 2. Necessitas probeniens ex paupertatem. *c. 2. h. t.* Quia v. g. non habeat quis cibum congruentem ad unam refectionem. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 4. 3.* Corporis infirmitas, seu debilitas. *c. 16. de Consecr. D. 5.* sic excusantur infirmi, debiles, convalescentes, prægnantes, lactantes, & qui Medici judicio indigent frequentiori cibo siquidem tamquam Regula generalis tenendum est, quod nemo tenetur cum gravi damno je-

junare, nec ullus tenetur opus, ad quod obligatur, omittere ob præceptum jejunii, nisi ista obligatio sic valde levis, & rationabiliter postponenda obligationi jejunii. Nec jejunare tenetur conjux, qui non potest conjugi debitum reddere, & alias esset in periculo incontinentiæ: si verò ipse tantum minus potens reddatur ad reddendum debitum; non tamen idè tenetur omittere jejunium, quia habet jus ad opera spiritualia, tenetur tamen conjux jejunare, quamvis non sit futurus potens ad petendum debitum, quia non tenetur petere. *Tambur. Laer. l. 3. p. 2. n. 1338.* Prægnantes tamen, & lactantes, licet à jejunio excusentur, prohibentur tamen vesci carnibus. 4. Labor corporalis, qui cum jejunio non facillè consistit. Sic excusantur fabri ferrarii, lignarii, Agricultores, figuli, argentarii, qui iter pedibus faciunt per magnam diem partem: non verò tonsores, pictores, sartores, pictores. De quibus late *Laer. l. 3. p. 2. ex n. 1328. & alii com.* Etiam possunt excusari saltem ab aliquibus jejuniis Concionatores, si tær, aut sæpius in hebdomada predicent. Confessarii, qui tota die confessiones audiunt, Magistri, qui plures lectiones, & exercitationes habent: de quibus vid. *Laer. l. 3. p. 2. ex n. 1307.* Non peccat Dominus servis imponens opus incompatible cum jejunio. *Alloz. Sum. V. Jejun. sect. 4. n. 7.* In materia jejunii debent præ oculis sequentes propositionis damnatae ab *Alex. VII. 23. frangens jejunium Ecclesia, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult se subicere precepto. 29. In die jejunii, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium 30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio. 31. Excusantur absolute à precepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando utcumque iter agant, etiamsi necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant. 32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.*

TIT. XLVII.

De purificatione post partum.

430 MULIER, quæ suscepto semine, masculum pariebat septem à partu diebus; quæ verò foeminam quatuordecim, à viri consuetudine, & domesticorum erat separata. Et 33. diebus, si masculum, & 66. si foeminam pepererat, non poterat Templum ingredi. Septem, vel quatuordecim dies separationis, triginta, & tres, vel sexaginta, & sex, purificationis dicebantur. *Levit. 12.* Quibus expletis agnum anniculum, & pullum columbæ, sive turtorem puerpera pro peccato, seu liberatione ab immunditia legali: Et infantem Deo offerebat, ipsamque redimebat. *Levit. 12.* Sanè hac Lege B. Virgo non tenebatur, sponte tamen se Legi subiectæ ex devotione, & humilitate. Et licet hæc Lex in Veteri Testamento obligasset, hodie non obligat quia Christi morte cesavit Lex Veteris. *c. 3. de Constitut.* Sed cum hæc Lex sit tantum Religiosa, & non typica, nec ejus observatio nostræ fidei obstat veritati, hodie possunt mulieres, ex devotione quosque purificentur, ab ingressu Ecclesiæ abstinere. *c. u. h. t.* Mullerum purificatio pertinet ad Parochum privativè, non ad Regulares, nisi ubi contraria consuetudo legitime præscripta est: nam hæc benedictio cum Stola, superpellico, aqua benedicta, & candelæ oblatione fit: quæ sunt signa jurisdictionis, ac proinde intra sita parochiæ limites habet Parochus intentionem fundatam, sicut in cæteris oblationibus. Idem dicendum est de benedictione ovorum, multoque magis de domorum benedictionibus, cum extra Ecclesiam in Parochia fiant. *Nicol. Floscul. V. Parochus, n. 17. Pignat. t. 5. consult. 76. ex n. 2.*

TIT. XLVIII.

De Ecclesiis edificandis, & reparandis.

431 QUAMVIS Deus, quia immensus est, ubique nostras preces exaudiat, ac proinde ubique possit orari, sicut Jonas in ventre Ceti, Daniel in lacu Leonum, tres pueri

in fornace, Latro in Cruce, & alii alibi orantur; non tamen idè est improbandus usus Ecclesiarum, ut plures Hartici faciunt: imo laudandus est tamquam maxime utilis, quia Deus ibi maxima cum veneratione colitur: nam ut habetur in *c. 2. de Consecr. D. 1. Tabernaculum Moysen Domino præcipiente fecisse, & Sacraris cum Mensa, & Altari ejus, & aris vas, & utensilibus ad Divinum cultum explendum, Iebimus.* Et in Lege Gratiae *Apost. 1. ad Cor. 11.* Ecclesiarum reverentia commendat *Et D. Clem. Successor. D. Petri.* Ecclesias construi jussit. *c. 13. de Consecr. D. 1.* Siquidem extra eas non licet Missas, & Divina celebrare. *c. 1. c. 14. c. 15. de Consecr. D. 1. Gonzal. in c. 1. de Consecrat. Eccles. ex n. 4.* Ecclesiæ, si commode possunt, debent ita fieri, ut altare ad Orientem, janua autem ad Occidentem collocetur, quia antiquus Christianorum usus erat ad Orientem orare: vel quia Christus facie obversa ad Occidentem fuit crucifixus; vel quia remigrare cupimus ad Paradisum in Oriente situm: vel quia hoc modo significamus, nos desiderare lucem coelestem mentibus nostris infundi; sicut lux corporalis nostris oculis affulget. *D. Thom. 2. 2. q. 84. art. 3.* Quoad figuram Ecclesiæ, debet attendi, quod sit in modum insulae confecta, ita ut ab aliis domibus sit separata, & in ejus interiori constructione navem debet representare in formam oblongam. Nam Ecclesia universalis allegorice navis appellatur: quippe inter mundi procellas, quos suscipit, servat illæos: & in ipsa ad portum gloriæ aeternæ securi navigamus; quæ omnia ex Apostolica traditione jam olim observata proba *Gonz. in c. 1. de Consecr. Eccles.* Ecclesiarum figura regulariter representat coreus hominis jacens, contorsis brachiis versus peccus, cujus caput est altaris maximi locus; in pedibus januae sunt, & supra peccus tholus, seu testudo Templi. Hodie construuntur prout situs, & locorum constitutio permittit. Debent tamen edificari in loco mundo, decenti, & honesto, non tamen in loco munito, nec proximo arcibus, ita ut ex Ecclesia possit Civitas ab hostibus oppugnari. *L. 8. t. 10. p. 1.*

432 Ecclesia Cathedralis à nullo erigi potest, nisi à Romano Pontifice. *c. 1. Ne Sedevacant. & ibi. comm. DD. cum Solorz. Polit. Indian. lib. 4. cap. 4.* Oratoria privata, si ibi Divina non sunt celebranda, possunt à quocumque privato in domo propria, irrequisito Episcopo, construi.

33. c. 35. de Consecr. D. 1. Secus si Divina sunt celebranda. *Trident. sess. 22. in Deer. de Observ. & evitand. in celebratione Missæ. L. 4. tit. 10. p. 1.* Nova Ecclesia naquit edificari in loco non exempto à jurisdictione Ordinarii (secus est in loco exempto) etiam ab eo qui Exemptus est, (nisi ad hoc habeat privilegium speciale) sine consensu Episcopi, expresso, vel tacito, quatenus sciens edificari, non impedit, cum facile possit; imò sufficit, si accedat Episcopi consensus post ejus constructionem, & in dubio intervenisse præsumitur. *c. 4. de Privil. in 6. c. 9. de Cons. D. 1. L. 1. tit. 10. p. 1.* Episcopus, cujus licentia requiritur, intelligitur proprius loci ubi Ecclesia construitur. Quando Ecclesia de novo construenda est, Episcopus vel per se, vel per alium, debet primarium ponere lapidem, & crucem figere, & supra illum lapidem debet fieri Altare majus, debetque atrium designare, in quo Ecclesia construenda est. *c. 9. de Consecr. D. 1. L. 2. tit. 10. p. 1.* In Indiis nulla Ecclesia, Monasterium, nec pius locus construi potest, quin Regis nostri qui Patronus est omnium Ecclesiarum licentia præcedat. *L. 2. tit. 6. lib. 1. R. Ind.* Quod si forte defacto fabricari cœperint sine licentia, demoliri debent. *L. 1. t. 3. lib. 1. R. Ind. Solorz. Polit. lib. 4. cap. 23.* Si Ecclesia Parochialis, intra cujus fines altera est erigenda, est exempta, procedit Episcopus in licentia concedenda tamquam delegatus Papæ: ac proinde sine consensu, vel Consilio Capituli. *Trid. sess. 21. de Ref. cap. 4.* Si verò Episcopo est subjecta, requirit Episcopus consensum Capituli, cum species alienationis sit. *c. 7. de Donat.* Episcopus nequit licentiam negare ad construendam Ecclesiam, nisi ex iuxta causa: v. g. quia dotem congruam non habeat. *c. 9. de Consecr. D. 1.* Vel si luminibus vicinarum domorum officiat, aut accessus ad eas impediatur. Et Ecclesiæ potest fieri novi operis nuntiatio. *c. 1. c. 2. de Novo oper.* Vel si alii Ecclesiæ præsertim Parochiali, inferatur præjudicium in emolumentis. *c. 44. 16. q. 1.* Nec sufficit, quod alterius minuatur concursus. Ut nova Ecclesia Parochialis construat necessaria est iuxta causa, scilicet, magna difficultas Parochianorum Ecclesiam pro Sacramentis precipiendis adeundi, vel ob distantiam locorum, vel aliam incommoditatem. *Trid. sess. 21. de Ref. c. 4.* tunc enim potest erigi, etiamsi Episcopus novam Ecclesiam non extrudere jurasset. *arg. s. fin. b. t. L. 2. tit. 10. p. 1. Barb. & Gonz.*

in c. fin. b. t. Si Populus est valde numerosus, sufficit Parochum, tot Sacerdotes coadjutores adjugete, quot sufficiant ad Sacramenta administranda, & cultum Divinum celebrandum. *Trid. sess. 21. de Ref. cap. 4.* Debet item, ut nova construatur Parochia, esse competens Parochianorum numerus, & dos congrua. *c. 9. de Consecr. D. 1.* scilicet, ad luminaria, Ministros, aliaque ad Sacram Ministerium necessaria, quæ à fundatore, vel in ejus defectu ab Episcopo est assignanda, ex redditibus Ecclesiæ Matricis, si sufficientem habeat. *c. 3. b. t.* vel etiam Parochianorum contributione dos constituitur. *Trid. sess. 24. de Ref. c. 13.* Alias Episcopus consecrans, ex redditibus suæ mensæ, Ecclesiam dotare tenetur. *c. 8. de Consecr. Eccles. L. 3. tit. 10. p. 1.* Quod si nec Episcopus succurrere valeat, novus Rector suo artificio, & industria vicium quærere debet. *c. 3. D. 91.* Rector Parochiæ Matricis, intra cujus fines nova Parochia erigitur, necessario ad valorem novæ erectionis citandus est. *Glor. in c. 2. D. 99. Garc. de Benef. p. 12. cap. 3. n. 3.* Et ipsi Ecclesiæ Matrici competens honor est servandus, aliqua jura et reservando arbitrio Episcopi. *c. 3. b. t. Et ibid. Barb. & alii.* Insuper Patronus Ecclesiæ Matricis, saltem si nova Parochia, ex ejus redditibus est dotanda, citari debet: sed si novam erectionem iuxta causa suadeat, & requirit, etiam invitit Parocho, & Patrono erigenda est nova Parochia. *c. 3. b. t. Trid. sess. 21. de Ref. cap. 4.* Jus Patronatus novæ Ecclesiæ pertinet ad illum, qui eam suis sumptibus contruxit: quod si sumptibus Ecclesiæ Matricis construda sit, Parochus Matricis erit patronus, & ipse Sacerdotem in nova Ecclesia instituendum præsentabit. *c. 3. b. t.*

433 Ecclesia Cathedralis vetustate, vel alio casu ruinam minans, reparanda ab Episcopo est ex quarta suorum reddituum. *c. 27. 12. q. 2.* Si hoc non sufficiat, Canonici ex redditibus præbendarum, vel distributionum quotidianarum, vel aliarum rerum Capituli contribuere tenentur. Quod si adhuc non sit sufficiens, Episcopus cum Capitulo potest decernere: quod Clerici inferiores ex superfluis contribuant: vel applicabit fructus beneficiorum vacantium. *L. 11. tit. 10. p. 1. Barbos. in c. 1. b. t. n. fin.* ubi plures citat. Ecclesia Parochialis reparari debet ex probentibus ad fabricam deputatis. *c. 10. 10. q. 1. c. 1. c. 2. c. 3. 10. q. 3.* Si hoc non sufficit, contribuent Parochus, & Beneficiati Ecclesiæ. *c. 1. c. 4. b. t. & ibid. Barbos. & Gonz.*

Gonz. Trid. sess. 21. de Ref. c. 7. Non tamen ex bonis Patrimonialibus, sed ex redditibus beneficiorum, pro ipsorum beneficiorum rata, relicta tamen congrua sustentatione Parocho, & beneficiatis. *c. 4. h. t. in horum defectum contribuent Patroni, si aliquid ex bonis Ecclesiæ percipiant: v. g. pensionem annuam, & non aliter. Lamb. de Jure Patr. L. 3. q. 7. art. 2. n. 5. & omnes alii, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes, percipiunt. Trid. sess. 21. de Ref. c. 7.* Decimatores, saltem Ecclesiastici, contribuent: secus Laici, nisi aliud habeat consuetudo, cum tales decimæ non censeantur bona Ecclesiastica, sed patrimonialia, etiamsi postea per venditionem: v. g. ad Ecclesiasticos redeant. In horum defectum contribuent Parochiani Laici, plebei, & nobiles, qui à tali Ecclesia percipiunt Sacramenta. *Trid. c. 7.* debentque juxta vires patrimonii concurrere, debita proportione servata; *arg. L. 12. C. Oper. publ.* Si alicubi vigeat consuetudo, quod prius concurrant Parochiani, quam Clerici, hæc servabitur, & ad id Parochiani compellentur; *arg. c. 41. de Simon. Gonz. in c. 1. h. t. n. 7.*

434 Quod si nullo modo Ecclesia valeat reparari, destruetur, & ejus jura, beneficia, & dos ad Matricem, vel aliam viciniorem, Episcopi autoritate, transferentur. *Trid. c. 7. & in Ecclesia, ad quam fit translatio, altare est erigendum sub invocatione Ecclesiæ dirutæ. Locus, in quo fuit Ecclesia, profanus redditur, erigitur tamen crux in signum, quod Ecclesia ibi aliquando steterit. Ligna, & materialia hodie possunt, non solum in usum Ecclesiasticum ut olim *c. 38. de Cons. D. 1. L. 8. tit. 10. p. 1.* sed etiam in usum profanos, non tamen sordidos, converti. *Trid. sess. 21. de Ref. c. 7.* si ampliatio Ecclesiæ fiat utiliter, sed non necessariò, minimè tenentur ad illius sumptus concurrere, qui ad ejus reparationem tenentur; imò & ipsi hanc ampliationem poterunt impedire; *arg. L. 8. ff. de Servit. Urban.* Nam eis irrogatur præjudicium propter futuras expensas reparationis ampliatæ Ecclesiæ: quod si ampliatio sit necessaria ob Populi multitudinem, cum hæc sit nova constructio, facienda est sumptibus Episcopi, vel eorum, quibus Ecclesiæ constructio incumbit. *c. fin. h. t.* Reparatio vero Ecclesiæ jam ampliatæ pertinet ad ipsos, qui veterem Ecclesiam reparare tenebantur. *Gonz. in c. 1. h. t. n. 6.* contra alios, In Indiis omnes Ecclesiæ Cathedrales, & Parochiales erectæ fuerunt expensis Regiis, sed si aliquæ de novo construenda*

sint in futurum, debent fieri, ut præscribitur in *L. 2. tit. 2. lib. 1. R. Ind.* ibi: *Es nuestra voluntad, y mandamos, que de aqui adelante, y quando à Nos pareciere necesario, que se fabriquen Iglesias para Cathedrales, se edifiquen en forma conveniente; y la costa que se hiciera en la obra, y edificio, se reparta por tercias partes: la una contribuya nuestra Real Hacienda: la otra los Indios del Arzobispado, & Obispado: y la otra a los vecinos.* Quod latius explicatur in Legibus sequentibus. *Solorz. Polit. Ind. L. 4. c. 4. & 23.*

TIT. XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Cæmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

435 **I**mmunitas sic dicitur, quasi sine munere, seu onere; ac proinde & quasi vacatio, exemptio, seu libertas à muneribus, seu oneribus, alioqui communibus, teste Nebrisensi. Hinc immunitas Ecclesiastica, de qua in præsentibus, potest sic definiti: *Est jus, quo loca, res, vel persona Ecclesiastica ab oneribus, vel etiam officiis sæcularibus libera, & exempta sunt.* *Covar. lib. 2. Var. cap. 20. Gonz. inc. 1. h. t. n. 10. & com. DD.* Immunitatem Ecclesiasticam Jure divino introductam ex *c. 4. de Censib. in 6. ex Psal. 81. v. 6. Ego dixi: Dii estis. Matth. 17. v. 25. Ergo liberi sunt filii: tenentur Barb. l. 1. Jur. Eccles. c. 39. §. 5. n. 5. Fagnan. in c. 4. h. t. n. 4. & alii.* Jure Humano tantum esse inducunt, asserunt alii, quia nullus textus est in Lege nova hanc exemptionem sufficienter probans. Sed tenendum, esse de Jure Divino, quoad originem. Et hoc, & non plus probant textus allegati. Esse tamen immediatè de Jure Humano, ex *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 20.* ubi, immunitas Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum, *Dei ordinatione, & Canonice institutionibus* dicitur constituta. *L. 50. tit. 6. p. 1.* sic plures cum *Gonz. in c. 4. h. tit. num. 8.* Triplex est immunitas, videlicet, *personalis, qua personis: realis, qua rebus: localis, que locis Ecclesiasticis competit.* Immunitas personalis consistit, non solum in privilegiis Canonis, & fori, & exemptione ab obligatione Legum civilium, de quibus alibi, sed in exemptione ab oneribus personalibus.

436 Clerici ergo sunt immunes à tributis personalibus, ut sunt capitaciones, qui-